



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Cap. XIV. Quid significet traditus Angelorum numerus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

capitulum est contemplationis illius... Ut ergo per exempla DEO non propria nobis propria divina illuminatio dispensari distributionem ostendam, hanc similitudinem propono. Solaris radij, &c. Distributiones, inquit, sive effusiones solis radij bene distributa in primam materiam; hoc est, in illam materiam venientes, quae est prima, hoc est, optima & purissima, & illuminationum apertissima. Ad talem, inquam, materiam venientes implent eam, nullum in aliqua parte obftructionem luminis invenientes, & implendo faciunt eam lucidiorum proclidissimam omnium, & sic per eam ipse radius manifestus declarat proprios splendores: quia quanto perfectius radiat, tanto perfectius illuminabitur; & quanto perfectius illi infunditur, tanto clarius refunditur ex illa.

Accedens vero ex obscurioribus materiis, quae minus illuminationi sunt aptae, sicut obscuriorem habet distributionem super apparitionem: sicut enim cum se infundit in illis capitur imperfecte, ita & cum se effundit per illas super hoc extinguitur apparet obscure: quod provenit ex importunitate illuminationum materialium... A tubulosis enim materiis quibus perfecte comprehenditur, ad minus aptas descendens, a quibus imperfecte capitur, tandem ad alia tam faculenta, & grossa, & obtusa pervenit, quae se omnino lumen repellunt, & nihil illuminationis capere possunt.

Ad hunc modum spiritualis lux ad mentes rationales veniens eas, quas puras invenit & defecatas perfecte illuminat: eas vero quas minus aptas reperit, minori claritate & (ut ita dicam) luce obscuriori illuminat. Quas vero omnino contrarias & faculentas ostendit, sua profusa participatione & communiione immunes relinquit.

Nec solum in lumine, sed etiam in calore materialis invidibilis veteris imago est. Nam ipse calor ea corpora quae magis apta susceptioni suae invenit, magis accendit; alia autem minus: donec tandem in contraria omnino, & dissimilia offendit, nullum in eis suae operationis effectum ostendit, &c.

Ex quibus inferunt mystici necessitatem purificationis, & dispositionis ad proficiendum in contemplatione & amore: de quo egimus in T.M. quaestione 8. proem. & infra agemus Resolut. 17 & 68.

CAPVT XIV.

Quid significet Angelicus numerus.

Dicit Angelos esse innumerabiles, licet Danielis 7. assignetur numerus centus pro incerto. De quo D. Thomas 1. parte, quaest. 50. artic. 3. citans Dion. & q. d. de pot. quaest. 6. a. 6. & de virtut. q. 1. a. 8.

CAPVT XV.

Quae sunt formativae Angelicarum virtutum imagines, & quae deinde, id est, & reliqua.

Explicat quae sint imagines formativae Angelorum, ubi quid significet pubertas, dentes, humeri, ulnae, manus, cor, pedus, dorsum, pedes, alae, quod iras, indumentum, & similia.

De quibus D. Thomas 1. parte, quaestione 51. S. Thomae art. 3. & quaestione 106. artic. 1. & quaest. 107. art. 5. & quaestione 115. artic. 1. & 112. quaestio. 3. articulo 4. Quae tamen ad symbolicam Theologiae magis spectant.

Concluditque Hugo expositionem istam his humilibus verbis. Haec quidem in Hierarchiam B. Dionysii secundum sensum nostri possibilitatem praesumpti: sed timeo ne nostra illius adiciens, maiorem parietem luto superdudixit convincat. Propterea vetatur praesumptio imporet devotio. Mihi autem solatium affert, quod illius quem exponendum suscepi, in quo sapientia transcendit, sanctitas condescendit.

LIBER II.

De Ecclesiastica Hierarchia S. Dionysii Areopag.

Iuxta lectionem Perionii, & expositionem paraphrasticam Pachymeræ, & S. Maximi ad documenta mystica.

CAPVT I.

Quasi traditio Ecclesiae hierarchica, & quae eius scopus.

Docet vim cuiuslibet hierarchiae esse, ut & ipse Pontifex pro sua natura, modo, & ordine in divinis mysteriis perficiatur, ac divinitatem consequatur, eiusque qui ipsi parenti divinarum similitudinem impertiat: inferioris quoque imi enit superioris, & alios sibi inferiores ad Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

majora exci ent.

Caelestem hierarchiam incorpoream esse, & ideo mentaliter & spiritualiter perfici; nostram vero Ecclesiasticam esse sensibilem, & ideo sensibilibus instrui.

Hierarchiam dicit omnem rationem factorum, Hierarchiamque virtum esse divino numine assistam, qui omni facta scientia sit praeditus.

Principium hierarchiae S. Trinitatem esse, finem vero unionem cum Deo, substantiamque eius esse divina tradita oracula.

AAA

D.